



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Annvs Sanctvs Ac Fortvnatvs**

**Coloniæ Agrippinæ, MDCXLVIII**

Christiane Lector Sanctvm Annvm, ac fortunatum optans, [...]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53246](#)

CHRISTIANE LECTOR  
SANCTVM ANNVM,  
ac fortunatum optans,

**T**obias, ut notum est ex Sacris libris, vias felices dies & Annos bonos, ac fortunatos Duce Angelo Raphaele habuit inter grauia licet pericula. Vix ergo tu pares habere? dum viam vita transis? Dum viam anni huius ingrederis ac decurris? Raphael tibi inquirere. Ad aliquem Sanctorum, uti Iob monet, c. 5. conuertere. Sanctus hic tuus sis Raphael, prater Custodem Angelum, quem simul protuo Duce admittit. Huius datum, exempla, monitusque sequere, sicque certo tibi & Annum sanctum, & Fortunatum promitte. Nec dubita, Fratres enim sunt nostri, & iam flagrantib[us] charitate sunt pleni, neque illis opus est amplius, ut profecti solliciti. Operam, operaque suam tibi libent et impendent; exemplo suo ad omne bonum praibunt: e celo diuersas, quibus eges, gratias impetrabunt. At, at hoc Sanctum genus deuotionis non soli tibi habebit: fac aliis tibi notis commune ac familiare. Si caput es alicuius familiae, in ea circa anni, mensisque principium soror Patronos Santos distribue, & tuque alios exemplo ad eorum cultum imitationemque pertrahe. Certè id iam ante 400 annos à pijs Christiani, facilitatum teste Casario accepimus. Factum id à B. Francisco Borgia in Aula ac Ducali familia sua antequam Societatem IESV ingrederetur, in qua fideliter postea Generalis piam hanc consuetudinem primum in Societatem, deinde in Sodalitates Virginis

An-



**R** Annuntiate magno cum fructu per totum orbem th̄-  
duxit. Age hunc imitare: eī si tibi modi, rationesq; 3  
Patronos colendi desunt, cum XII. Patronis viriū/q; 3  
sexus , etiam XII. praxes colendi. Sanctos menstruos  
vel annuos ex Breuiario Romano, ex Surio, exq; 3 Fa-  
stis Marianis accipe, utere, hisq; 3 felix euade.

### PRAXES XII.

Colendi Sanctos Patronos Menstruos vel Annuos.

1. Electioni interfaturus, recita, Veni Creator  
Spiritus &c. cum Collectā, oraque D̄VM vt  
mittat tibi Patronum animæ tuæ utilem ac  
profuturum.
2. Sorte tibi datum Patronum accepera, ex oscu-  
lare, gratias d̄o age, req; illi commendā.
3. Imaginare semper tibi eum adesse omni loco  
ac tempore: honora eum: nihil in nomine e-  
ius petitum negato.
4. Cauē aliquid agas, dicasue coram eo, quod  
coram honesto viro agere vel loqui puderet.
5. In omni tua necessitate corporis & animæ ad  
Patronum tuum recurre, opem pere, cum eo  
precibus luctare, vti Iacob cum Angelo.
6. Omni die fac aliquid in honorem illius, ma-  
xime vero eius festo ; Confitere peccata;  
Communica; profesto ieuua; Eleemosynam  
da; missam audi; mendicum ciba; fac discipli-  
nam; gesta cilicium, vel cingulum; ora rosa-  
rium &c.
7. Lege aliquoties Vitam Patroni. nota Virtu-  
tes. stude imitari.
8. Obserua diligenter piam, quam tibi quasi à  
Deo